



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

4. Fochiens. naues sine numero, ars nauig. mira.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

equalium conuenire , cantu idololatræ profano , Christianæ scorsum
 pio , laborem leuabant ; ne ipsa quidem somniorum obiecta carebant
 diuinis quæ vaporato per diem animo noctu recurrebant. Sed cuncta
 præcellebat virtus , in Neophyris veterana , cuius exemplo erant Germani ,
 Thomas & Stephanus qui Pechino Chiaceum in patriam reduces ,
 illic vocarant Trigaultium , idque breui tulere charitatis in patria præ-
 mium , ut exiguo numero , quem Deo Trigaultius iniuriauerat , succedente
 Vagnonio accederet alij cateruatum , & Christianismū confertim ambiret .
 Reitat Alenio quid factum , quid Colao Ie videamus , quid data fide ,
 ab Alenio Colaum reuifendi ; iuuandi Alenium , ad profeminandum
 Euangelium à Colao , Nam promissis vterque bellè stetit . Habet Prouincia
 Fochiensis omnium forte Sinensium minima , ciuitates sex supra
 quinquaginta , in iis octo dignitate & amplitudine , regionis habentur
 capita , Arces regiæ frequentes , portibus , finibus , & fluminum fau-
 cibus ab ortu in austrum imminent , qua extraneas insulas in prospectu
 cernit . Asperis natura montibus interiora omnia occupantur , sed arte
 atque industria domitis , & in vsum planorum conformatis . Cum enim
 oriza qua fere aluntur nisi planis locis , & aquis residibus nusquam ma-
 turecat , artem ingenio suggessit necessitas ut plana in montibus con-
 deret ; illælis tamen syluis quaram lignatio nullibi quam illic utilior
 ob perpetuam nauigationem ; ima ergo decliviu[m] montium , ad eorum
 radices in pianum deducunt fementis capax quam designant , muro-
 rustico illud cingunt quæ videtur terra nimium pensilis , ob cluuiones
 imbruum ruinam minari . Post hoc aliud inferiori angustius coæquant in
 loco editiori planum , & muro itidem fulciunt , aliisque deinceps gra-
 datim , pro montis ingenio , arctiora ; quæ suis aptum anabathris thea-
 trum pulchra specie exhibent , maximè vbi sata verticibus montium
 propiora syluis nutantibus coronantur . Cùm autem interiecto mari
 Iaponiam , pauloque vltorius Formosam à fronte , ad austrum spectent
 Fochienses , nec patriis legibus teneri potuere , nec Oceani horrore ,
 quem tanquam certum naufragium Sinenses vulgo timent , quin exter-
 nas illas adirent regiones , & periculorum assuetudine audaces , in lauam ,
 Cocincinam , Sianum , Cambogiam Moscum , serica , gemmas , at-
 gentum viuum & chalybem ferrent , cuius habent locupletes venas ,
 & insignes fabros , naues quidem illorum , quas Cianpanes dicunt , non
 sunt vlo modo cum machinamento oneriarum nostrarium conferen-
 de , sed hoc ipso suam in iis regendis artem , & fortis animos adeundis
 typhonibus , & tempestatisbus , gloriösius afferunt , quæ ab Iaponia Ma-
 lacam infestissimum nauigantibus habent mare . Illarum nauum quam
 fine numero infinitus sit numerus , inditio saltem sit eius hyperbole ,
 qui scripsit moturo aduersus Iaponiam , Sinarum Regi Fochienses vtrō
 detalisse , iuncturos se Iaponiæ Sinas , nauum ponte continuo , qui naues fine
 milliaribus ferè centum ipsius exercitum eò transmitteret . A mibebant numero , ars
 hanc pridem operati[us] nostri Prouinciam , quod cæca nocte idololatriæ nauig.mira..

P p p

altius defossa , à spe salutis abesset longius , nec absterrebantur , propria quadam & agresti eius barbarie ; nec idiomatis pro multitudine urbium diuersis ; nec turpitudinum feeditate , nusquam alibi apud Sinas propidiosius gravante ; nam alia ex parte , aditus in Sinas dabatur per eam facilis , quod assueta cum exteris extra Sinas , non ægrè apud illos ferret , & cerneret ; præterquam quod hac Patres subituri esset in regnum commodiūs , si Cantonensis Provincia fieret prorsus impenetrabilis . Nam deformitate libidinum , idcirco patim mouebantur , quod animaduerterent Iapones eadem infames lasciuia , repente in Angelos , Chrtiano lauacro transformari . Nec nostros frustrata est sapiens , & pia coniectura : urbem hodie vix habent Fochienses villas nominis quam religiosa Christianitas non illustret , & Patrum ortu non excolant ; quamvis principio , auarè fruges sementem penserint & Alenius multum sudans , multaque expectans diu , pauca meliorit . Sed is fidei memor Colao Ié datæ , dierum itinere duorum & viginti hominem requirens Foceum aduenit , (Lusitani , qua causa nihil refert Cinceum nominant) vrbs est amplitudine , & aditum superba diues commerciis , dignaque Prouincia Ptimatu . In ea pos visitur sesquiptertia latus , longus centum quinquaginta , ornatus utrimque peribolo stata densè per spatia , variis leonum & elegitibus statuis distincto . Omnia ex candido marmore . Appulsum illuc Alenium tria validè perculerunt , qua exturbare hominem conceptus consiliis singula poterant . Aberat Colaus diei itinere , sed mente quam terra longinquier . Terrebat Colaum Eunuchi Guecuni supremum in aula imperium , nec ambigebat tanto se ab hoste re omnium euertum , transportatum iri Pechinum in vinculis si (quod explorabat) comperrisset Colaum extraneo fauere . Resciuit ad hæc Alenius Progem aduentus sui præmonitum ; dixisse , malis aiibus venturum , quod secessor esset Batauorum . Batauos enim ante biennium eò audacia ulerat ut pyraticis cataphraetis , nidularentur in exigua insula , Fochiens obuersa littori , nec ulli Sinarum , habitata , nec ad habitandam ciapiam permissa . Inde aliquot sensim extuctis domibus , meditabantur arcem Macao similem , armatisque confisi nauibus deprædatabant Fochienses nondum illorum hospitium , & dominium iam uicti . Quibus excitati denique Fochienses , in eos ducunt , naum uicem incidunt , deficiunt alias in fugam , & dirutis omnium domibus , cledi superstites , ferro vincitos Pechinum mittunt , vbi animam inflictem in carnificum manibus posuere . Hinc primum creditu Proregi fuit , esse nostros eiusdem farinæ cum Batauis quod ab Occidente utriusque aduenissent , nec nosset magis utrorumvis patrias , quam terram incognitam . Tertium accessit , quod Focci librum spargebat Literatus , quem in Christi legem & Patres edidet , tam execrandis farctum calumpniis , ut propterea nostri Hancpellarentur ; cum vero scelus Mandarinis liberalissime diuidebat ,

ut quibus patris sui memoria (illic olim Proregis) eum faceret
gratiosum.

In eas redactus angustias , fecit Alenius , quod fieri Deus ab ipso
voluit , seque illi committens , ex eius vnius fiducia opem habere sus-
pensum voluit , quam aliunde frustra expectasset . Die igitur facto
Pentecostes in humilem casam peregrinus diuertit , Collocato altari
sacrificat , recurrentique mysterio congruum spiritus sancti lucem ca-
lamitosis populis exposcit ; & sibi ad eos Deo mancipandos eius ignis
scintillam , quo quondam in Apostolos effuso pluerat , quorum ipse
dimitaxat officio funderetur , dotibus , & merito careret . Hæc orans
cum lachrymis , erigi se animo sensit , quāmque in spes minimè va-
cuas , etiam post paulum expertus est . Nondum biennium fluxerat
ex quo Partes Ceum , ex baptismo Melchiorem Christo pepererant ,
potentissimi virum ingenij , Michaëlis Doctoris filiorum Præfectum
traditioni , ea verò scientiæ omnis præstantia , ut ex eius furti-
ua lucubratione Literatus quidam , primas in examine Pechini ade-
pus sit inter illos trecentos qui Doctoris lauream ambebant . No-
minatusque sit de more , toto imperio tanquam ingeniorum Phœ-
nix , ac fraude licet paulo post deprehensa , pari uerque gradus om-
nis petendi multatus sit interdictione , alius innocens , alius furti-
eus ; famam tamen , & decus in summa hominum admiratione Ceus-
retinuit , nec erat inter Mandarinos qui pro magno viro illum non
coleret . Christianus effectus ut erat acutæ ad intelligenda diuina per-
spicacitatis , & ardore non segni ad eam euulganda , cœpit in natali Fо-
chensis Prouinciae oppido , prima legis susceptra semina iacere , inde
cognito Alenij aduentu , Foceum illico ad eum contendit , ubi obeun-
dis cum eodem obsequiorum officiis apud singulos Magistratus de-
prædicauit eum ita magnificè in illa non modo Prouincia , sed scien-
tiarum Metropoli , ut excellentia virtutum & doctrinæ cunctis esset
venerationi ; sub hæc etiam illi comes esse ad Colaum Ié voluit , qui
milliaribus tringinta dissitus in secessu suo rustico exploratorum vitabat
oculos ab hoste capitalissimo Gueicuno sibi perpetuo incumbentes .
Ac visendi quidem officio Colaus , hilaritate respondit ad speciem fiæta ,
Eunuchi videlicet terrore nunquam non anxijs , ut cui promptius ni-
hil esset quām suis odiis sacrificare hominem , iam priuatum ; Patris
tamen paulatim aspectu , animosior effectus , pristinas resumpsit ad
eum inuandum cogitationes , & lucem diuinam Fochensi Prouinciae
inferendam . Cœna illum dignatus est sumptuosa & splendida , cum
Melchiore deductore ; fratribus inde filio commisit , vnaque ardentes ad
Externorum Focei Præsidem commendatitias , quibus Præses omnino
liberaliter satisfecit ; inuisit enim confessim Alenium , & suo arctatum
duces iolo in ædes transtulit , quas adeuntium procerum non asper-
narentur superba fastidia . Defensionem eius in se ipse suscepit , & pa-
tronum concessæ Focei habitationis . Hinc diu , noctuque post Præ-

5.
Focei tres
difficilij Euan-
gelij pro-
pag. 5 Spiriti-
tus P. Alenio
complatan .
illuc mira
præstat .

P. P. 2.